

6778 [=3532] Ponzae rep. in hortis Cimino.

D . M  
MEGALO  
INNOCEN  
TI  
5 QVI · VIXSIT

Tricoli ms. duobus exemplaribus (inde per Eichholzerum Guarini iter vag. mans. I p. 20).

2 MECALO ex. II Tric. — post 3 duos versus erasos esse ait legitque VIXIT Tric. I. — In fine hiatus non adnotatur.

6779 Ponzae rep. in hortis Cimino prope portum.

MEMORIAE OCTAVI PATER  
OCTAVIANVS · PRIMVS · POSVIT

Ios. Tricoli ms. et *isole del gruppo Ponziano* (Neapoli 1855) p. 28.

6780 [=3533] Ponzae olim rep. in hortis Antodero TRICOLI.

PRAXEDI · MATRI · SVAE  
DICAVIT

Tricoli ms. (inde per Eichholzerum Guarini iter vag. mans. I p. 19).

6781 [=3530] rep. Ponzae, extat Neapoli in museo.

D · M · S  
V A L E  
C H R Y S I M E  
Q · V AN XL  
5 FECIT FELICASVE  
COIVNCS VENE  
MERENTI  
urna stilo expressa

Descripti. Prodiit in eph. Pisana *Giornale de' Letterati* vol. 40 p. 289; Fiorelli cat. n. 1129.

6782 Ponzae rep. 1 Mart. a. 1868 nella Lanterna della Madonna ad sepulcrum, in quo fuerunt lucerna et vascula quaedam.

D M  
A B I A E C M V  
N A E F E C I T  
L N V S T Tricoli ms.  
5 f i l i A e B · M q 3 FECT, 5. 6 ENTR  
u X I T · A N · i B · M O N I X I T · A N · L tra-  
M · IV · D · X duntur.

6783 Ponzae rep. in hortis Cimino.

D M S  
A M O I I I M F I O I  
BENE · MAERINI  
FILIE · qVe BIXI  
5 ANNIS · P · M  
V

Tricoli ms. duobus exemplaribus.

2 AMONIMFOI Tric. II. — 3 MAERINI Tric. I, MACRINI Tric. II. — 4 FILIE DVI BIXI (BIX ex. II) traditur.

6784 Ponzae in fundamentis aedium.

N ·  
NO

Ioh. Schmidt descriptis a. 1879.

XCIV. PANDATERIA INSVLA (*Ventotene*).

Pandateria insula, hodie Ventotene, sic dicitur apud Melam 2, 7, 121; Plinium h. n. 5, 3, 6, 82; Tacitum ann. 4, 53; Suetonium Gai. 45; Dionem 55, 10. 67, 44 (hic πανδατέρεια libri), item in itin. maritimo p. 545, nec nisi mendae sunt quod apud Strabonem 2, 5, 19 p. 123 et 5, 3, 6 p. 233 traditur Πανδαρία, apud Varrorem de r. r. 3, 5, 7 et Suetonium Tib. 53, nisi fallunt editiones, *Pandataria*,

apud Ptolemaeum 3, 1, 79 Πανδατωρία, apud Tacitum 14, 63 *Pandecteria*, apud Stephanum Byzantium s. v. ipso auctore errante Πανλατερία. Denique in titulo infra scripto est *Pandotira*. Ut Pontiam ita hanc insulam satis frequentem ait Strabo p. 233, sed de ea quoque quod memoriae dignum sit non traditur, nisi quod nobiles viri mulieresque passim in ea exulant (Tacitus ll. cc.; Suetonius ll. cc.; Dio ll. cc.; Stephanus 1. c.).

6785 [=3528] in insula Ventotene rep., est Neapoli in museo.

RELIQVIAE CINERIS · TVMVLO · MN  
sic DATA QVIESCVN · AVG · LIB · SACRO HOC TIBI METRO  
BIE HVIC · NON · DVRA · COLV · CLOTHO · DECREVIT IN  
ANNIS · TER DECIES QVINOS · DEGERE QVEM VOLVIT  
5 PRAEFVIT HIC LONGVM · TIBI · PANDOTIRA · PER · AEVOM  
PROVIDAQVE · IN MELIVS · IVRA · DEDIT · POPVLO ·  
PLENA BONO · MENS · AEQVA · FVIT · NON · ASPERA LINGV  
INCVLPTA FIDES · INNOCVVSQVE · PVDOR ·  
NVLLVS · FVLGOREM · VALVIT DECEPPE · LIVOR ·  
10 sic CONSTIT · AD FINEM VLTIMAQUE HORA NITOR ·  
TE TVA · NATORM DEFLET · PIA TVRBA TVORVM ·  
sic CONSESQVE · PARI TVRBA · PIATA · GEMIT ·  
ESSE · TIBI · CREDAS OMNES · DE MORTE · PARENTES ·  
VSQVE · ADEO · AEQVALIS · MAEROR · IN ORA FVIT ·  
15 EMINET · IN LVCTVS PRIMA · OMNIVM IULIA · CONIVNX  
sic PER QVEM · SI · FAS · EST · VIVIS IN ELYSIVM

sic

sic

Descripti ego, recognovit Dessau. *Novelle Fiorentine* 1771 p. 643. Peculiarem commentarium in hunc titulum conscripsit Dominicus Cerulli (in Metrobii titulum exercitatio. Neapoli 1772 et iterum 1773). Fiorelli cat. n. 1130. Citat Henzen 5197.

Quae hodie desiderantur, distinx inclinati. — De consulibus videatur Marinius Arv. p. 208. — Ut Metrobius Augusti libertus Pandateriae insulae per multos annos ita praefuit, ut ius quoque ibi diceret, ita etiam insulas Baliares administratas esse colligitur ex titulo Lunensi Orell. 735 equitis Romani *praefecti pro legato insularum Balarum*, quod munus cum interponatur inter duos tribunatus, pro militari bendum est. Similiter infra n. 7504 reperitur *Augusti libertus procurator insularum Melite et Gauli*. Crediderim ad hanc formam insulas certe Tyrrheni maris omnes administratas esse. Pertinet eo quod ait Dio 58, 5 Seianum αὐτοκράτορα, τὸν δὲ Τιθέριον νησίαρχόν τινα εἶναι δοκεῖν. Eodem loco fuerunt item praefecti orae maritimae, quos novimus cum ex Plinii ad Traianum epistulis 21. 22. 86 a. b., ubi secundum praeceptum imperatoris Gavio Basso praefecto orae Ponticae ex militibus provinciae Ponti et Bithyniae rectori permisis attribuuntur beneficiarii decem, equites duo, centurio unus, quem tamen numerum non

sufficere sibi praefectus queritur, tum ex titulis Tarragonensis *praefectorum orae maritimae* Laetanae (vol. II n. 4226) vel *praefectorum orae maritimae* nude (vol. II n. 4217. 4224. 4225. 4239. 4264. 4266) equestris nobilitatis virorum, qui simul dicuntur *praefecti chortis novae tironum* (n. 4224) vel *chortis I* (n. 4264) vel *cohortis I et II* (n. 4266). Inter praefectos hos praesidesque quae ratio intercedat, explicat responsum Callistrati Dig. 47, 9, 7: (divus Hadrianus) *permisit his qui quid passos se huius modi* (id est res suas post naufragium direptas esse) *queruntur, adire praefectos* (scilicet hos de quibus agimus) *et ad eum testari reosque petere, ut pro modo culpae vel vinci vel sub fideiussoribus ad praesidem* (scilicet provinciae) *remittantur*. Ad haec cum parum adhuc attenderint qui de rebus Romanorum administrandis egerunt, non supervacaneum visum est testimonia componere.